

Collana diretta da Anna Giordano Rampioni

IGINO

MITI DEL MONDO
CLASSICO

SAGGIO INTRODUTTIVO, NUOVA TRADUZIONE E COMMENTO
A CURA DI FABIO GASTI

TESTO LATINO A FRONTE

3 Phrixus

1 Phrixus et Helle insania a Libero obiecta cum in silva errarent Nebula mater eo dicitur venisse et arietem inauratum adduxisse, Neptuni et Teophanes filium, eumque natos suos ascendere iussit et Colchos ad regem Aeetam Solis filium transire ibique arietem Marti immolare. 2 Ita dicitur esse factum; quo cum ascendissent et aries eos in pelagus detulisset, Helle de ariete decidit, ex quo Helle-spontum pelagus est appellatum, Phrixum autem Colchos detulit; ibi matris praeceptis arietem immolavit pellemque eius inauratam in templo Martis posit, quam servante dracone Iason, Aesonis et Alcimendes filius, dicitur petisse. 3 Phrixum autem Aeeta libens recepit filiamque Chalciopen dedit ei uxorem; quae postea liberos ex eo procreavit. Sed veritus est Aeeta ne se regno eicerent, quod ei responsum fuit ex prodigiis ab advena Aeoli filio morte caveret; itaque Phrixum interfecit. 4 At filii eius, Argus, Phrontis, Melas, Cylindrus, in ratem conscenderunt ut ad avum Atamantem transirent: hos Iason cum pellem peteret naufragos ex insula Dia sustulit et ad Chalciopen matrem reportavit, cuius beneficio ad sororem Medeam est commendatus.

4 Ino Euripidis

1 Athamas in Thessalia rex cum Inonem uxorem, ex qua duos filios <susceperat>, perisse putaret, duxit nymphae filiam Themistonem uxorem; ex ea geminos filios procreavit. 2 Postea rescit Inonem in Parnaso esse, quam bacchationis causa eo pervenisse; misit qui eam adducerent; quam adductam celavit. 3 Rescit Themisto eam inventam esse, sed quae esset nesciebat. Coepit velle filios eius necare; rei consciam quam captivam esse credebatur ipsam Inonem sumpsit, et ei dixit ut filios suos candidis vestimentis operiret, Inonis filios nigris. 4 Ino suos candidis, Themistonis pullis operuit; tunc Themisto decepta suos filios occidit; id ubi rescit, ipsa se necavit. 5 Athamas autem in venatione per insaniam Learchum maiorem filium suum interfecit; at Ino cum minore filio Melicerte in mare se deiecit et dea esta facta.

3 Frisso

1 Mentre Frisso ed Elle, dopoché Libero li fece impazzire, erravano in un bosco, si dice che si presentò la madre Nuvola e portò un ariete d'oro, figlio di Nettuno e Teofane; invitò i figli a salirvi in groppa e a recarsi in Colchide dal re Eeta, figlio del Sole, e lì immolare l'ariete a Marte. 2 Si dice che avvenne questo: dopoché vi salirono in groppa, l'ariete li portò sul mare, Elle cadde dall'ariete (e per questo il mare fu chiamato Ellesponto) e portò invece Frisso in Colchide; lì, secondo le indicazioni della madre, immolò l'ariete e depose il suo vello d'oro nel tempio di Marte, sotto la custodia di un drago, e si dice che Giasone, figlio di Esone e Alcimede, andò a cercarlo. 3 Quindi Eeta accolse volentieri Frisso e gli diede in moglie la figlia Calciope, che poi da lui ebbe figli. Ma Eeta temette che lo cacciassero dal regno, in quanto in seguito a prodigi gli era stato rivelato di guardarsi dal pericolo di morte per mano di uno straniero figlio di Eolo; e così uccise Frisso. 4 Però i suoi figli, Argo, Frontide, Mela, Cilindro, si imbarcarono per raggiungere il nonno Atamante: Giasone, andando in cerca del vello, li prelevò naufraghi dall'isola di Dia e li riportò alla madre Calciope, che per riconoscenza lo raccomandò alla sorella Medea.

4 Ino (versione di Euripide)

1 Atamante, re in Tessaglia, credendo morta la moglie Ino, dalla quale aveva avuto due figli, prese in moglie Temisto, figlia di una ninfa, e da lei ebbe due gemelli. 2 In seguito venne a sapere che Ino era sul Parnaso e che vi era arrivata per fare la baccante; mandò qualcuno a riportarla a casa e, una volta riportata a casa, la tenne nascosta. 3 Temisto venne a sapere che era stata ritrovata ma non sapeva chi fosse. Cominciò a voler uccidere i figli di lei e come complice del suo piano prese proprio Ino, che pensava fosse una prigioniera, e le disse di fare indossare ai suoi figli vesti candide, ai figli di Ino nere. 4 Ino rivestì i propri di bianco e quelli di Temisto di scuro; allora Temisto fu ingannata e colpì i propri figli; quando lo venne a sapere, si uccise. 5 Atamante, per parte sua, impazzito, durante una partita di caccia uccise il suo figlio maggiore, Learco; allora Ino col figlio minore, Melicerte, si gettò in mare e fu trasformata in divinità.

21 Phrixi filii

1 Argonautae cum per Cyaneas cautes, quae dicuntur petrae Symplegades, intrassent mare quod dicitur Euxinum et errarent, voluntate Iunonis delati sunt ad insulam Diam. 2 Ibi invenerunt naufragos nudos atque inopes Phrixi et Chalciopes filios Argum, Phrontidem, Melam, Cylindrum; qui cum casus suos exposuissent Iasoni, se cum ad avum festinarent Athamanta ire naufragio facto ibi esse eiectos, quos Iason receptos auxilio iuvit; qui Iasonem Colchos perduxerunt per flumen Thermodontem. 3 Et cum iam non longe essent a Colchis, iusserunt navem in occulto collocari, et venerunt ad matrem Chalciopen Medeae sororem indicantque Iasonis beneficia et cur venissent. Tunc Chalciope de Medea indicat perducitque eam cum filiis suis ad Iasonem. 4 Quae cum eum vidisset agnovit quam in somniis adamaverat Iunonis impulsu omniaque ei pollicetur et perducunt eum ad templum.

22 Aeeta

1 Aeetae Solis filio erat responsum tam diu eum regnum habiturum quamdiu ea pellis, quam Phrixus consecraverat, in fano Martis esset. 2 Itaque Aeeta Iasoni hanc simultatem constituit, si vellet pellem auratam auferre, tauros aripedes, qui flammam naribus spirabant, iungeret adamanteo iugo et araret dentesque draconis ex galea sereret, ex quibus gens armatorum statim enasceretur et se mutuo interficerent. 3 Iuno autem Iasonem ob id semper voluit servatum, quod, cum ad flumen venisset volens hominum mentes temptare, anum se simulavit et rogavit ut se transferret; cum ceteri qui transierant despexissent, ille transtulit eam. 4 Itaque cum sciret Iasonem sine Medeae consilio imperata perficere non posse, petit a Venere ut Medeae amorem iniceret. Iason a Medea Veneris impulsu amatus est; eius opera ab omni periculo liberatus est. Nam cum tauris arasset et armati essent enati, Medeae monitu lapidem inter eos abiecit; illi inter se pugnantes alius alium interfecerunt. Dracone autem venenis sopito pellem de fano sustulit, in patriamque cum Medea est profectus.

21 I figli di Frisso

1 Dopo che gli Argonauti, attraverso le rupi Cianee che sono chiamate rocce Simplegadi, entrarono nel mare chiamato Eusino, nel loro errare per volere di Giunone furono portati all'isola di Dia. 2 Lì trovarono, naufraghi, nudi e privi di risorse, i figli di Frisso e di Calciope: Argo, Frontide, Mela, Cilindro. Essi raccontarono la loro storia a Giasone, cioè che, mentre correvano dal nonno Atamante, fecero naufragio ed erano stati gettati lì, e Giasone li prese sotto la sua protezione e li aiutò: essi condussero Giasone in Colchide attraverso il fiume Termodonte. 3 Quando non erano molto lontani dalla Colchide gli fecero tenere nascosta la nave e andarono dalla madre Calciope, sorella di Medea, e le raccontano le attenzioni di Giasone e il motivo della venuta. Allora Calciope parla loro di Medea e, insieme ai suoi figli, la conduce da Giasone. 4 Quando lo vide, lei riconobbe colui di cui si era innamorata in sogno per iniziativa di Giunone; gli fa ogni promessa e lo accompagna al tempio.

22 Eeta

1 Eeta, figlio del Sole, ricevette come responso che avrebbe tenuto il regno fintantoché fosse rimasto nel tempio di Marte il vello che Frisso aveva consacrato. 2 Pertanto a Giasone Eeta lanciò questa sfida: se voleva portare via il vello d'oro, doveva imporre un giogo d'acciaio a tori dagli zoccoli di bronzo che spiravano fuoco dalle narici, arare e seminare i denti del drago prendendoli da un elmo, dai quali subito sarebbe nata una generazione di uomini armati che si sarebbero uccisi a vicenda. 3 Ma Giunone ha sempre voluto che Giasone fosse salvo perché, arrivata a un fiume con l'intenzione di mettere alla prova l'indole delle persone, si trasformò in una vecchia e chiese di essere trasportata al di là; mentre gli altri che avevano attraversato non l'avevano considerata, quello la trasportò. 4 Pertanto, sapendo che Giasone senza la collaborazione di Medea non poteva realizzare quanto gli era stato imposto, chiese a Venere di far innamorare Medea. Giasone fu amato da Medea per iniziativa di Venere; grazie a lei fu liberato da ogni pericolo. Infatti, dopo aver arato con i tori e dopo che nacquero gli uomini armati, per consiglio di Medea gettò un sasso in mezzo a loro e questi combattendo fra loro si uccisero a vicenda. Poi, una volta che il drago si era addormentato grazie a un filtro, prese il vello dal tempio e tornò in patria insieme a Medea.

Cum se deceptas esse viderent, a patria profugerunt. 5 At Iason, signo a Medea accepto, regia est potitus Acastoque Peliae filio fratri Peliadum, quod secum Colchos ierat, regnum paternum tradidit; ipse cum Medea Corinthum profectus est.

25 Medea

1 Aeetae Medea et Idyiae filia cum ex Iasone iam filios Mermerum et Pheretem procreasset summaque concordia viverent, obiciebatur ei hominem tam fortem ac formosum ac nobilem uxorem advenam atque veneficam habere. 2 Huic Creon Menoeci filius rex Corinthius filiam suam minorem Glaucen dedit uxorem. Medea cum vidit se erga Iasonem bene merentem tanta contumelia esse affectam, coronam ex venenis fecit auream eamque muneri filios suos iussit novercae dare. 3 Creusa munere accepto cum Iasone et Creonte conflagravit. Medea ubi regiam ardere vidit, natos suos ex Iasone Mermerum et Pheretem interfecit et profugit a Corintho.

26 Medea exul

1 Medea Corintho exul Athenas ad Aegeum Pandionis filium devenit in hospitium eique nupsit; ex eo natus est Medus. 2 Postea sacerdos Dianae Medeam exagitare coepit regique negabat sacra caste facere posse eo quod in ea civitate esset mulier venefica et scelerata. Tunc iterum exulatur. 3 Medea autem iunctis draconibus ab Athenis Colchos redit; quae in itinere Absoridem venit, ubi frater Absyrus sepultus erat. Ibi Absoritani serpentium multitudini resistere non poterant; Medea autem ab eis rogata lectas eas in tumulum fratris coniecit, quae adhuc ibi permanentes, si qua autem extra tumulum exit, debitum naturae persolvit.

27 Medus

1 Persi Solis filius, fratri Aeetae, responsum fuit ab Aeetae progeniae mortem cavere: ad quem Medus dum matrem persequitur tempestate est delatus, quem satellites comprehensum ad regem

conto di essere state ingannate, fuggirono lontano dalla patria. 5 Giasone quindi, ricevuto un segnale da Medea, occupò la reggia: assegnò il regno paterno ad Acasto, figlio di Pelia e fratello delle Peliadi, perché era andato con lui in Colchide; egli stesso partì per Corinto insieme a Medea.

25 Medea

1 Medea, figlia di Eeta e di Idia, aveva avuto da Giasone due figli, Mermero e Ferete, e vivevano in perfetto accordo. A lui veniva rinfacciato che un uomo forte, bello e nobile come lui avesse come moglie una straniera e una maga. 2 Creonte, figlio di Meneceo, re di Corinto, gli diede in moglie Glauce, sua figlia minore. Medea, quando si rese conto di stare subendo un oltraggio così grande nonostante meritasse riconoscenza da parte di Giasone, con veleni fece una corona d'oro e disse ai suoi figli di recapitarla alla matrigna. 3 Ricevuta la corona, Creusa prese fuoco insieme a Giasone e a Creonte. Medea, quando vide che la reggia era in fiamme, uccise Mermero e Ferete, i figli avuti da Giasone, e fuggì lontano da Corinto.

26 Medea in esilio

1 Esule da Corinto, Medea giunse ad Atene, ospite di Egeo, figlio di Pandione, e lo sposò; dall'unione nacque Medo. 2 In seguito la sacerdotessa di Diana cominciò a tormentare Medea e al re diceva di non essere in grado di compiere i riti in stato di purezza per il fatto che in quella città abitava una donna malefica che usava filtri. E allora si trovò di nuovo in esilio. 3 Allora Medea sul suo carro tirato da draghi da Atene torna in Colchide; durante il percorso arriva ad Absoride, dov'era sepolto suo fratello Absirto. Lì gli Absoritani non potevano andare avanti per il gran numero di serpenti; allora Medea, in risposta alle loro preghiere, li raccoglie e li getta nella tomba del fratello: quelli ancora sono lì, e se uno esce dalla tomba muore di morte naturale.

27 Medo

1 Perse, figlio del Sole e fratello di Eeta, ricevette come responso di guardarsi dalla morte per mano della progenie di Eeta: a lui fu portato da una tempesta Medo, mentre andava in cerca della madre, e i soldati